



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xxxvi. De religiosis domibus, vt episcopo sient subiectæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

to . alioquin communī cum eis iure censentor.
Quæ domus de aliis institutionib⁹ ad eorum ordinem se transtulerint eorum vi⁹bus & religioni se transformanto, coaptanto. quas possessiones eorum institutio non recepsit , vel relinquento, vel mutanto.

Monachi autem ad ecclesiarum parochialium **s. Quod.**
dei timor.
 regimen recte ordinantor . Canonici verò regulareis , qui tametsi ad monachos accedant proximè , regulæ tamen inseruiunt laxiori , si ad plebis curam postulabuntur , & ab episcopo ministrare permittentur, recte plebani officium exercento . Tamen , si commodè poterit , qui id exercebit vnum canonicum regularem secum habeto . huius in iis quæ dei sunt & regularis obseruantiae consortio & solatio perfruitor .

*De Religiosis domibus, ut epi-
scopos sentiēt.*

Tir. 36.

E C C L E S I A in diœcesi episcopi sita olli **6. Consi-**
Equoad episcopalia (ni ea legitimè remissa es- **tutus.**
se pareat) respondeto. In qua remissione faciun-
 da episcopus censum sibi retinere valeo.

Basilica autem noua dedicanda si erit : sub **i. Nunc**
 cuius ciuitatis episcopo antehac loci incolæ **autem.**
 baptisati consignative sient , disquiritor . Is
 consecrato . Hæc terminis aut locis ne dif-
 finiuntor .

S ii

De relig. dom. vt episc. sient subie.

3. De xeno Sed & xenodochia , aliáve pia loca episco-
dochii. porum sollicitudine, quorum in diœcesi erunt,
ad eos vſus , queis ea destinata sient , ordinan-
tor .

4. Ad Sicut enim ecclesiastica vasa, sic & loc⁹ ad ho-
bæc. spitalitatis vsum , & pauperum prouisionē pon-
tificis autoritate dicatus humanis vsubus ne
deputantor .

7. Cum In summa episcopus quoad spiritualia &
venerabi- temporalia petens ecclesiam eo ipso quod eam
lis. in diœcesi sua esse probat (ni exempta probe-
tur) in spiritualibus obtineto . at in tempora-
libus , si non aliter de iure suo docuesit, suc-
cumbito .

2. Quia Immo vnta à Ro. pontifice vnius diœcesis
monaste- ecclesiæ alterius diœcesis ecclesia , diœcesano
rium. vnitæ ecclesiæ nihil iurisdictionis deperito,
violator .

8. Cum di Denique etiam monasterium , ni probabitur
lectus. exemptum episcopo diœcesano subiicitor .

5. Inter Quæquidem monasteria quamdiu per re-
quatnror. gulares regi possint , ad seculares ne transfe-
runtor . sin deficent : in eis seculares ordinari
valento .

Nenimia De cætero verò ne quis religionem nouam
inuenito . Si quis ad religionem conuorti volt:
vnam ex adprobatis adsumito . Qui de nouo re-
ligiosam domum fundare volet , ab iisdem ad-
probatis regulam & institutionem accipito . Sed
nec quisquam diuersis in monasteriis locū mo-
nachalē habere præsumito , néve abbas vnuſ plu-
ribus monasteriis præsideto .